

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Superbia ai cum fonte primo

Septempliciter occupavit nos lepra
superbie: in proprietate possessionum,
in gloria uestium, in uoluptate corporum,
in ore quoque dupliciter, similiter et in
corde;

Septempliciter enim occupavit nos lepra
superbiae, in proprietate possessionum,
in gloria vestium, in voluptate corporum,
in ore quoque dupliciter, similiter et in
corde.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in
die Pasche*, 3, 1 (SBO 5, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.103-
4, ll.12, 1-2).

in ore
cum in aduersis
murmuramus et

At in ore, ut diximus, duplex est lepra.
Cum enim aduersi quidquam contigerit,
murmuramus, et impatientiae verbum
tamquam leprae sanies effluit. Sed ab
hac mundamur, si illum attendimus, qui
TAMQUAM OVIS AD OCCISIONEM DUCTUS
EST ET NON APERUIT OS SUUM, QUI, CUM
MALEDICERETUR, NON MALEDICEBAT,
CUM PATERETUR, NON COMMUNABATUR.

in prosperis

In prosperis quoque contra eum qui
dixit: NON QUI SEIPSUM COMMENDAT,
ILLE PROBATUS EST,
commendamus nosmetipsos, non in
multa patientia, sed in arrogantia, et
inquinat nos altera lepra, verbum
iactantiae. Ut ergo mundemur ab illa,
mergamur in Iordane et imitemur eum,
qui non quaerebat gloriam suam. Unde
et daemonia quae clamabant, quia ipse
esset Dei filius, praecipiebat
obmutescere, et illuminatos caecos
dicere prohibebat.

arroganter commendamus,

In corde duplex est lepra: propria
voluntas et proprium consilium.

in corde propria
uoluntas et proprium consilium.

Bernardus sermone LXVII.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in
die Pasche*, 3, 2-3 (SBO 5, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.104-
5, ll.16-19, 1-8).